

Qui prodúcit in móntibus  
fenum : \* et herbam servi-  
túti hóminum.

Qui dat juméntis escam  
ipsórum : \* et pullis corvó-  
rum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi  
voluntátem habébit : \* nec  
in tíbiis viri beneplácitum  
erit ei.

Beneplácitum est Dómi-  
no super timéntes eum : \* et  
in eis, qui sperant super mi-  
sericórdia ejus.

Psalmus 147.

LAUDA Jerúsalem Dómi-  
num : \* lauda Deum tuum  
Sion.

Quóniam confortávit se-  
ras portárum tuárum : \* be-  
nedíxit fíliis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pa-  
cem : \* et ádipe fruménti  
sátiat te.

Qui emíttit elóquium  
suum terræ : \* velóciter  
currit sermo ejus.


Qui dat nivem sicut la-  
nam : \* nébulam sicut cíne-  
rem spargit.

Mittit crystállum suam  
sicut buccéllas: \* ante fáciem  
frígoris ejus quis sustinébit?


Emíttet verbum suum, et  
liquefáciet ea : \* flabit spí-  
ritus ejus, et fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum  
suum Jacob : \* justítias, et  
judícia sua Israel.

Non fecit táliter omni na-  
tíoni : \* et judícia sua non  
manifestávit eis.



Ant. DOMUM tu-am Dómi-ne decet sancti-túdo in




longi-túdinem di- érum. T. P. Alle-lú-ia.

Capitulum, Hymnus et V. ut in j. Vesperis.

Ad Magnif.

Ant.

vijj. toni.



ZACHÆ- E festí- nans descénde :